



N. A. W. P.

A 21. Lesekippredigten

Einzelne und zu den Namen  
einfügen.

# CARMEN LUGUBRE

in  
Obitum beatissimum

## HELENÆ, non Trojanæ, sed CHRISTIANÆ.

*GENEROSE, pietate & sexus sui virtutibus conspicue*

## MATRONAE,

## HELENÆ à VELTHEIM

## NATÆ de BIBOVV,

*ILLUSTRIS ET GENEROSI DOMINI,*

## DOMINI

## JOACHIMI LUDOLPHI

## de VELTHEIM,

Sacrae Regiae Borussorum Majestati à supr. Redituum

Directione, Consiliisque Provincie: in Ducatu Magdeburgico, DNI:

Hæreditarii in Bartensleben / Destedt / Glentorff

und Ingersleben.

*Conjugis desideratissima d. 16. April. piè defunctæ.*

Cum EJSDEM corpus exanime d. 18. Junii solenniter

Generosorum Majorum de VELTHEIM, quod Bartenslebiæ est,

inferetur monumento,

*Observantia debita contestanda gratia*

*scriptum*

*Ni 234 (16)*

JOHANNE FRIDERICO ALBERTI, Past. Dested.

ANNO, qvo

Sancti Morte CoLLigVntVR InopIna, &  
reqVlesCVnt In Ipso sVo satls sVaVICbICVLo.

*Esaï. cap. 56.*

*HELMSTADII,*  
Typis HENRICI HESSII.



Vid dolor efficiat, si fit jactura bonorum,

Hoc HELENÆ raptus nos docuisse potest.

Hoc doluit Regem, doluere Duces quoque id omnes,

Annos inde decem Græcia bella movet.

Si tantum doluit formosam orbarier illam,

NOSTRAE sunt HELENÆ fata dolenda magis.  
Ista quidem dicta est Illustri stemmate nata,

NOSTRAM nobilitat Stirps Generosa duplex.  
Gloria Trojanae modò forma fuit sita ad extra,

NOSTRA suas formas intus & extus habet.  
Quid juvat, hic vultu nitidas superare DIANAS?

Quam pietas ornat, sat satis haecce nitet.

Non satis est, magnam dominam dici dominarum,  
Esse probat dominam mente manuque suam.

Uvabeat vitem, mater quoque prole beatur,

Si patri similis filius esse solet.

Est fortuna viri sociam tenuisse senectæ,

Nititur is fulcro, si titubare timet.

Tot tantisque bonis VELTHEIMI HELENAM

Deus ornat,

Morte rapi haecce simul, nonne dolenda putas?

Dicit HEINRICI HERZLI

Con-

Condoleo, tantum cumulum raptum esse honorū!  
Solamen tamen est, non periisse bona.  
Non rapuit PARIS HANC, immisit CHRISTVS  
olympo,  
Qvæ sibi sacrato flumine sponsa fuit.  
Morslicet hīc perdat bona qvæ sunt jure vocanda,  
Non tamen omne perit, qvod fuit ante bonum.  
Sat melius reddet CHRISTVS bona perdita justis.  
Subspetam certa fertō PATRONE mala.

**N**On ideo malè quis moritur, si forte repente  
Occidit, ut vulgi judicium est reprobum.  
**V**ita fidesq; hominis spectanda est. Si bene vitam  
Vixisti in Christo, non moriere malè:  
**S**eu tabes te lenta absumat, seu brevis hora  
Hoc mundo immundo te subito eripiat.  
**N**ec malè, quæ fuerat BIBOVIA nupta MARITO  
VEL THEMIO, occubuit, quod subito occubuit.  
**V**ita piè in Christo recte sancteq; peracta  
Hunc obitum subitum non sinit esse malum.

*Ultimis honoribus Beate Defunctæ  
Patrona sua Maxima scribebat*

**JOH. CÖRBER,**  
p. t. Pastor Bendorffensis &  
Schwanefeldensis,

2. ad Timoth. II. v. 5.

**Etiam si quis certaverit, non tamen coronatur;**  
nisi legitimè certaverit.

Divæ memoriae Matrona                      Benè jecit alcam:  
Per Illustris, & Gente & Mente Nobilissima      Supremus qvippe Brabecta  
HELENA de VELTHEIM                      dedit Ipsi  
nata                      in æternum fruendam  
de BIBOVV,                      Certamine ritè (a) peracto;  
dum studuit                      O - - - rbe relicto;  
Vanitates hujus seculi:                      R - eqviem in manu (b) Dei:  
I - - llecbras carnis:                      O - - - lympum Beatorum:  
Concupiscentias pravas:                      Nomen nōmini (c) mortalium  
Tentationes Satanae                      notum:  
O - - - disce;                      A - - - braha (d) finum:  
R - - eportavit                      M - - ansiones (e) æternas:  
J - - eu secundante;                      id est:  
A - ngelis spectantibus;                      pro  
M - ultos inter applausus                      bonis his caducis,  
**VICTORIAM**                      **CORONAM.**

De quibus  
et VICTORIA et CORONA

Beate Defunclæ

Patrone ſue, ebeu! Desideratissime  
animis gratulatur

**JOACHIM SCHVLITZ,** Paſtor in  
Aller-Ingersleben & Morsleben.

(a) 2. Timoth. 4. v. 7. (b) Text, funebre. (c) Apoc. 2. v. 17. (d) Lue. 18. v. 22.  
(e) Lue. 16. v. 9. (f) 2. Timoth. 4. v. 8.





ALVENSLEBEN  
Ni  
234

# CARMEN LUGUBRE

in

Obitum beatissimum

HELENÆ, non Trojanæ, sed CHRISTIANÆ.

GENEROSE, pietate & sexus sui virtutibus conspicua

MATRONAE,

E à VELTHEIM

Æ de BIBOVV,

ET GENEROSI DOMINI,

DOMINI

MI LUDOLPHI

ELTHEIM,

orum Majestati à supr. Redituum

Provinc: in Ducatu Magdeburgico, DNI:  
Bartensleben / Destedt / Glentorff  
und Ingersleben.

ratisima d. 16. April. piè defunctæ,

corpus exanime d. 18. Junii solenniter  
in VELTHEIM, qvod Bartenslebiæ est,  
eretur monumento,

debita contestanda gratia  
scriptum

Ni 234 (16)

RICO ALBERTI, Past. Destedt.

ANNO, qvo

COLLIGVNTVR InopIna , &  
oso sVo satls sVaVI CVbICVLo.

Ezai. cap. 56.

HELMSTADII,  
Typis HENRICI HESSII.

